





1738.

1. Bandis, Gualtherus Leonardus, jur. jur. prosecutarius: De sede juris Germanici. Programma, quo actum solemne indicat.
2. Born, Jacobus Henricus: De precis libertorum ingratum apud Romanos.
3. Gottsched, Dr. Christoph: De dignitate baccalaureatus Ippicenis ex antiquitate academica. Programma, quo ad . . . solemne baccalaureorum philosophiae promotionem (Dr. Benedicti Copporii etc.) invitatur.
4. Grabnerus, Christianus Godefridus: De commentariis actorum veterum in foro libigantium.
5. Kuestner, Abraham: An conductor aedium contra locum forem, ab usum rei conductae impeditus possessorem summarissimum institui queat? Programma, quo collegia actio intimatur.
6. Kuestner, Abraham: An pater ad successionem filii post proclamationem ex suggesta publicam, nati ante caputem sacerdotalem antem mortui sit

1738

- adversus Mentas? Programma, quo collegia hyperborea instituitur. 14.0
7. Mascovius, Fr. Jacobus: De jure stapulae ac nuandi-
narum civitatis Lipsiae. 15.0
8. Meier, Henricus: De defensione pro avertenda inquisi-
tione. 15.0
9. Mylius, Gustavus Henricus, fac. jur. procancelarius:
Programma, quo solennia inauguralia Joannis Gothofredi
Neumannii - - - invitata. 16.0
10. Mylius, Gustavus Henricus: Actuarium peccatus in cita-
tione quoad causas civiles. 17.0
11. Mylius, Gustavus Henricus: Actuarium peccatus in causis tra-
jurisiam. 18.0
- 12^{act} = Neumannus, Joannes Gothofredus: De redditibus pectis
cum ecclesiae 2. Sumpt. 19.0
13. Reckberg, Cornelius Otto, fac. jur. procancelarius:
Programma, quo solennia inauguralia Christiani
Godefridi Peiskerth indicit. 20.0

1738.

14. Reinhardt, Christianus Gorpers: De jure Romanorum
circa flumina, alveos et ripas.

15. ¹⁶ Rivinus, Ludovicus Florens: De aequali jure domina-
lis et hereditatis praedii, si pascuca non suffi-
cient. 29 empl. 1738 & 1747.

16. Rivinus, Francus Florens l. b. s. p. d. (Programma, quo
ad Disputationes publicas invitatur).

17. Rivinus, Francus Florens l. b. s. p. d. (Programma, quo
ad Disputationes publicas invitatur.)

18. Romanus, Carolus Fredericus, fac. jur. praecell.
Cuius: Programma, quo solennia inauguralia
Henrici Meieri indicit.

19. ¹⁶ Schellhaffer, Hannicus Thomptius: De origine ac fonte
juris circa mulieres discessi. 29 empl.

20. Siegel, de Grollenb: De literis fidei revocatis
a simultaneis institutis exhibitis

21. Stegerus, Arrianus Teodatus: De lege municipali
Romanorum

1738.

22. Heger, Adamus Feodatus. Antiquissima temporum
populi Corniani
23. Thomarius, Gualter: Meditationes et jura in
vitiis artificis formicem acrisiam.
24. Thomarius, Traugott: De non Dinascum Maeno - Franc
furtensium historia, jurebus et privilegiis.
25. Volkhard, Carolus Ludovicus: De Hugone, comite
Arelatensi, rege Italiae.
26. Woag, Carolus Christianus: De hereditate sacrorum
privatorum.

E. 29. num. 13.

1738, 1.

PROCANCELLARIVS
GOTTFRIDVS LEONARDVS
BAVDIS, D

CANON. MARTISBVRG. AVGVSTISSIMO REGI
POLONIAE ET ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIIS
PROVOCATIONVM, CONSISTORII ECCLESIASTICI
ET ORDINIS IVRIDICI ASSESSOR ET
CODICIS P. P

ACTVM SOLEMNEM

QVO

VIR CLARISSIMVS

M. HENRICVS THEOPHILVS
SCHELLHAFFERVS

LIPSIENSIS

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
ORNABITVR

AD DIEM XIX. IVN

H. L. Q. C

CELEBRANDVM
INDICIT

ET

DE DOTE IVRIS GERMANICI
DISSERIT



PROVINCIALE
GOTTFRIEDUS LEONARDUS
BAVDIS D.

CANON. MARTINBURG. APOSTOLICI REGI
FOROVALI ET ELECTORI SAXONIAE A CONSILIO
PROVINCATIONVM. CONSISTORII ECCLESIASTICI
ET ORDINIS APOSTOLICI ASSessor ET
CODICIS P.

ACTVM SOLEMNEM

VIR CLARISSIMVS
M. HEINRICVS THEOPHILVS
SCHNEIDLERVS
LIPSIENSIS

SVMMVS IN VTROVE IVRE HONORIVS
ORDINIS
AD DIEM XIM IAN
M. DC. C.
CELEBRANDVS
INDICIT
DE DOTI IVRIS GERMANICI
DISSERT.





Rimus ex antiquis, qui ad nos peruenerunt, scriptoribus, DOTIS GERMANICAE meminit TACITVS in aureolo de moribus Germanorum libello c. XVIII, qui, quod ei solemne est, mores nostrae a suae gentis institutis diuersos ostendit, DOTE, inquit, non vxor marito, sed vxori maritus offert. Idem et modum et materiam dotis oblatæ docet. Intersunt parentes et propinqui ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quaesita, nec quibus noua nupta comatur, sed boues, iunctos, vt explicat, et frenatum equum cum fræna gladioque. In hæc munera vxor accipitur, atque inuicem ipsa armorum aliquid marito offert. Nec vim ac virtutem tacet. Hoc MAXIMUM, ait, VINCVLVM, hæc ARCANAE SACRA, hos CONIUGALES DEOS arbitrantur. Addit, ne se mulier extra virtutum cogitationes extraque bellorum casus putet, ipsis INCIPIENTIS MATRIMONII AVSPICIIS admonetur, venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in proelio passuram ausuramque. Hoc iuncti boues, hoc data arma denunciant. Sic viuendum, sic pereundum. Accipere se, quæ liberis INVIOLETA ac digna REDDAT, quæ



IV

quae nurus accipiant rursusque ad nepotes referant. Comparationis institutae, ni fallor, haec mens est. Vxorem Germanicam non IN MANVM quidem, si formula Quiritium vtendum sit, sed IN MATRIMONIUM TANTVM mariti conuenire, nec tamen hoc minus indissolubile vinculum, ac confarreatione, aut coemtionem, aut vsu, iuris romani contentis, contrahi; *sic accipere maritum*, (quod c. XIX. de ciuitatibus dixit, in quibus solae virgines nubebant, et cum spe votoque vxoris semel transigebatur,) *quomodo vnum corpus vnamque vitam, ne vlla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, sed tanquam matrimonium ament.* Societatem iniri omnis vitae, nulli diuertendi licentiae obnoxiam, sic viuendum, sic pereundum. Ritum vero tam arctae coniunctionis maxima simplicitate transigi. Non signari tabulas nuptiales, non auspicia capi, non sterini lectum genialem, *non impleri cubiculum turba numinum*, non adoleri sacrificia *deae virginensi et deo patri Subigo et deae matri Premae et deae Partundae et Veneri et Priapo,*²⁾ quae ARCANORVM SACRORVM nomine TACITO venisse non inuitus crediderim: ipsam dotis dationem AVSPICIORVM instar esse et ab ea matrimonium incipere. Neque tamen hanc, vt inter quirites, nupturam, aut eius patrem aut auum ad ferenda matrimonii onera sponso dare, vel promittere, sed maritum vxori offerre, eamque non in pecunia, quam praeter Romanis finitimos, apud quos ferratorum bigatorumque in commerciis vsus, ignorarent, sed iunctis bouibus, communis laboris tolerandi symbolo et ad agros colendos instrumento necessario, et frenato equo, framae gladioque constantem. In haec munera vxorem, velut emtam, accipi, inque potestatem et tutelam mariti transire, et diuini

2) Debeo haec B. AVGVSTINO de Ciu. Dei L. VI. c. 9.

V
vini humanique iuris omnis participem reddi. Sed et illam
in vicem marito armorum aliquid, munus sane tenue et exile,
afferre. Interesse ceremoniis parentes propinquosque, qui
munera probent, hocque societatem nouam coniugalem ratam
habeant iubeantque. Porro nuptam non colo et fuso, non
lanificio addici, delegari quidem ei domus et penatium et
agrorum curam, sed et inimicitias mariti simul suscipere,
et ingruente bello eum in expeditionem sequi, nec pugnam
cum hoste, si occasio ferat, detrectare, nec vllum a se alie-
num periculum putare. Ac de his quidem eam in ipsa do-
tis traditione, tanquam incipientis matrimonii auspiciis, a
parentibus et propinquis moneri. Interea dotem, qua conti-
neretur armis, (vt enim ad armenta proferamus, natura pro-
hibet,) sterilem omnino possessori suo esse, si quidem et haec
monitionis pars sit, *accipere se, quae liberis INVIOLATA
ac DIGNA^{b)} REDDAT, quae nurus accipiant, rursusque ad
nepotes referant*, quae et alienandi potestatem et vsum ex-
cludunt. Verum alia omnia de GALLIS memoriae prodidit
CAESAR L. VI de bello Gallico c. XIX. *viri, quantas PECV-
NIAS AB VXORIBVS DOTIS NOMINE acceperunt, tantas
ex suis bonis aestimatione facta cum DOTIBVS commu-
nicant. Huius OMNIS PECVNIAE CONIUNCTIM RA-
TIO HABETVR FRVCTVSQVE SERVANTVR. Vter
eorum vita superarit, ad eum PARS VTRIVSQUE CVM
FRVCTIBVS SUPERIORVM TEMPORVM peruenit. Ad
quem locum silent interpretes, praeter FRANC. HOT-
TOMANNVM, qui nec ipse tamen aliquid se dignum pro-
fert. Alii hic PECVLIVM Gallorum, cuius mentionem in-
iecit VLPIANVS in l. 9 §. 3 D. de iure dotium; alii DO-*

A 3

b) Consimilis locus apud Liu. XXVI. 50. *seruata tibi est, vt IN-
VIOLATVM et DIGNVM me teque dari tibi DONVM posset,*
vt ordinem lectionis in TACITO non sollicitandum putem.

VI

TALITI, noui illius et veteribus incogniti, origines inuenisse sibi uisi sunt; aliis vapulat CAESAR, suo iam aeuo ob negligentiam in conscribendis commentariis ab ASINIO POLLIONE castigatus, atque vel de iis solum Galliae partibus, quibus Romani imperabant, sensisse, vel imperite locutus et veram dotem in *ἀντιφερα* mutasse censetur. Prima sententia ea difficultate premitur, quod incertum sit, Cisan Trans-alpini innuantur, quorum illud elegantissimo MENAGIO placuit; deinde quod ICTO PECVLIVM et *τὰ παρὰφερα*, recepticia, c) quae sibi habebat vxor, idem significant, nec uerosimile fiat, hominem rerum Orbis Romani callentissimum hic hallucinatum esse. De secunda post uidebimus. Tertiae ab auctoritate STRABONIS color quaeritur, qui *Geographiae* L.VII. p.443. Ed. Amst. *Celtas Germanosque moribus*, itemque Lib.IV p.299. *Gallos Germanosque et natura et moribus vitaeque institutis inuicem esse simillimos* scriptum reliquit. Enimuero, ut similitudo morum et institutorum non omnem utique diuersitatem areet, ita saltem Galliam Celticam CAESARIS narrationi non refragari, uel ex eo euincitur, quod qui ex Gallia profugi in Hispania confederant Celtae, inde Celtiberorum nomen sortiti, eandem consuetudinem seruarent. Scipio illorum principi, *Allucio*, apud LIV. XXVI. 50. *Super DOTEM, quam accepturus a SOCERO es, haec tibi a me DOTALIA DONA accedent*, nisi et ista quis Scipionis, aut Historici orationem fingentis, imperitiae malit imputare. Id satis constat, cum Francis, Germanica gente, rerum in Gallia potius, dotem quoque Germanicam, quod Galli cordariones, BIGNONIUS, VALESIVS, BALZIVS, RVINARTVS alique non distimulant, sed iam tum forte ampliorem et pro rerum fortuna auctiorem in eas partes simul transmigrasse. In SALICA

Lege,

c) Conf. GRYPENIVM de vxore Romana c. VII. §. 7.

Lege, criminum fere vindictae intentae, nulla quidem eius mentio, sed tanto vberior in RIPVARIA, cuius tit. XXXVII de dotibus mulierum inscribitur, quem integrum apponere operae pretium duco. Si quis mulierem desponsauerit, quicquid ei per TABVLARVM seu chartarum INSTRUMENTA CONSCRIPSERIT, perpetualiter inconuulsim permaneat. Si autem per seriem scripturarum ei nihil contulerit, si virum superuixerit, L solidos in DOTE recipiat, et tertiam partem de omni re, quam SIMVL CONLABORAUERINT, sibi studiat euendicare, vel quicquid in MORGANEGBA traditum fuerat, SIMILITER faciat. Quodsi ex his, quae scripta vel tradita sunt, simul consumpserint, nihil requirat. Apparet hinc, nonnulla accessisse TACITI aeuo incomperta. Nam quae prisco iure incipientis matrimonii auspiciis erat, nunc a sponso sponsae constituitur, quod propius ad Romanorum leges accedit. Adhibentur instrumenta dotalia, LIBELLVS DOTIS formulariis Francicis, MARCVLFO cacterisque dicta, et si confecta non sint, PECVNARIA DOS et successio vxoria lege definitur. ^{d)} Veteri contra iure Germanis secreta literarum ignorantibus nulla dos pacticia, omnis ex lege vel consuetudine, sed libera et nullo certo pretio descripta. Deinde MORGANEGBA pariter, vt in pactione Andelaensi apud GREGORIVM TVRONENSEM Lib. IX. c. 20. tam in DOTE, quam in MORGANEGBA, hoc est, matutinali dono etc. praeter dotem est, et a marito proficiscitur, vt minime audiendi sint, qui eam cum dote confundunt, vel peculium Gallorum esse arbitrantur. Denique hic iuris adhaesus initia animaduertuntur. Porro, apud eundem TVRONENSEM L. VI c. 18 Chilpericus Rex legatos in Hispaniam

d) Vide L. BAIVAR. tit. XIV. §. 7.

VIII

niam mittit dotis inspiciendae causa filiae constituendae, vbi RVINARTVS: *hic veterem FRANCORVM in Gallia et GOTTHORVM in Hispania morem, QUI EST ANTIQVORVM GERMANORVM, cum Valesio et aliis obserua, vt non vxor viro, sed vir uxori dotem offerat.* Plenius rem explicat LIBELLVS DOTIS apud MARCVLFVM, monachum Gallum, qui circa annum DCLX duos formularum libros collegit, L. II c. XV ex quo praecipua delibabimus. *Donat ille honestae, puellae, nurui suae, illi sponsae filii sui illius, ANTE DIEM NVPTIARVM, donationisque animo transfert aut transcribit, hoc est in tanto, dono VILLAM nuncupatam illam, sitam ibi, cum DOMO condigna ad habitandam, vel omnem integritatem ibidem adspicientem, (fundum cum instrumento) similiter et in DOTIS titulum alias VILLAS nuncupatas illas, sitas ibi, MANCIPIA tanta illa et illa, inter AVRVM et ARGENTVM, FABRICATVRAS in SOLIDOS tantos, CABALLOS tantos, BOVES tantos, gregem EQVORVM, gregem ARMENTORVM, gregem PORCORVM, gregem OVIVM, ITA, vt haec omnia per MANVM SVAM ad supra scriptam Puellam, nurum suam illam, ANTE DIEM NVPTIARVM debeat peruenire, et in SVADOMINATIONE REVOCARE, vel quicquid exinde facere voluerit LIBERAM HABEAT POTESTATEM.* Similis argumenti formulae in appendice ad MARCVLFVM et inter ANDEGAVENSES offenduntur, quibus eam adiungo, quam BIGNONIVS eruditissimis notis suis ad MARCVLFVM p. 562. Edit. Paris. 1613. inseruit, et ad annum seculi vndecimi quadragesimum retulit, vel ideo notatu dignam, quod sponsus sponsae suae donet de BENEFICIIS suis, *quae sita sunt in pago Andegavis in villa, quae dicitur Chelzey etc. et in pago Dunensi, in Villa, quae dicitur Vallarias, quae reneo, inquit, de filiis Alboldi etc. medietatem, vt feuda etiam nuptu-*

nupturis in dotem collata videantur, nisi trahendum huc fit, quod de feudis Galliae a CANTERIO FABRO in tractatu gallico *de Feudis et eorum origine* L. II. c. 1. p. 96. obseruatum, reperio, declinante scilicet Seculo IX beneficia in proprietatem versa pristinum tamen nomen retinuisse. Eadem Dotis ratio apud reliquos germanicae propaginis populos, Wisigothos, Burgundiones, Alemannos, Langobardos, Baiuuarios, quod leges illorum antiquissimae luculenter testantur, quas in hanc rem congeffit de iure patrio meritisimus IO. SCHILTERVS Exerc. ad Pand. XXXVI. §. 68. sq. e) Quemadmodum vero Dos germanica, postquam cultior et locupletior euasit, ad honestam et decoram vxoris superstitis sustentationem vnice comparata fuit, ita ex dictis facile intelligitur, ei cum prisco Dotalicio, Dotario, Doario per omnia conuenire. Fatendum tamen est illius usum feudalem nexum secutis temporibus arctasse plurimum, Iuris vero Pontificii et Iustiniani inualescentem autoritatem obliterasse etiam et sustulisse. Ab ea siquidem aetate, quod patriae leges aut nescirentur aut despiciantur essent, noua illa Dotalicii species prodiit ex dote Romana et donatione propter nuptias, quam in Iurisprudentiam intulit Iustinianus, conflata, et Germanica dos insigni errore, sed in quo iam in eunte Seculo XIII HONORIVS III. in c. 15. *X de foro competente* haesit, pro ipsa donatione propter nuptias Iustiniana habita est, f) quem ne nunc quidem libenter didiscunt, qui studio aduenticii iuris iusto plus tenentur. At-

B

que

e) Adde V. C. POLACI *Systema Iurispr. Ciu. Germ. antiquae* L. I c. 9 et nouissime III. HEINECCIUM *Element. Iur. Germ.* L. I tit. II

f) SCHVRFELIUS *Cent. III Conf.* SI H. PISTORIS L. I Qu. 4

X

que haec differendi occasionem praebuit argumentum Differentiationis, quod tuendum sibi sumsit doctèque executus est

Vir Clarissimus

M. HENRICVS THEOPHILVS SCHELLHAFFERVS,

cuius vitam vt narremus breuiter prius, quam scribendi finem faciamus, mos in Academiis receptus postulat. Natus est in hac vrbe, foecunda optimorum ingeniorum genitrice et altrice, die XV Iulii Anni MDCCVII honestissimis parentibus, IOHANNE SCHELLHAFFERO, viro probato, et dum superesset, inter vini mercaturam exercentes spectatissimo, et MARIA MARGARETHA SIBETHA, venerandi Doctoris Theologi SIBETHI, ministerii Ecclesiae Gedanensis senioris, de cuius proluxa in se voluntate merito sibi gratulatur, germana, foemina frugi et in tuenda re familiari, donec vita suppeteret, industria singulari. Primam aetatem sub praeceptoribus domesticis transegit, quos inter consultissimo SEMLERO, nunc caesarum patrono Leucopetrano, multum se debere grata mente profitetur. Anno MDCCXXI Hamburgum missus in disciplinam traditus est V.C. IOANNIS HVBNERI, sub quo in bonis artibus et moribus sic profecit, vt anno tertio vertente academicis studiis tractandis maturus haberetur. Sponte currentem magis etiam accendit aemulatio praeclarae indolis iuuenis IOANNIS RICHEII, Hamburgensis, cum quo in condiscipulatu viuebat coniunctissime, nuper

nuper admodum Vindobonae, vbi res Ciuitatis suae curabat, sibi suisque acerbo fato erepti. An. MDCCXXV in Patriam reuersus in litteris ad humanitatem spectantibus et in Philosophicis doctrinis totum se dedit doctissimo CORTIO, quo Praefide An. MDCCXXVII *vindicias definitionis Turis Naturae* ab VLPIANO in l. i. §. 3. D. de I. et I. *allatae* suo Marte elaboratas feliciter defendit. In iure publico et priuato addiscendo praestantissimos celeberrimosque Viros secutus est GAERTNERVM, GEAVERVM, REICHELIVM, SCHOENIVM. Annus MDCCXXVIII Magistri in Philosophia dignitatem attulit, quam proximo MDCCXXIX condigna remuneratione, disputatione *de indole ac natura legis permittentis* publice proposita, compensauit. Ab eo tempore alios quoque in variis Philosophiae partibus et in Rhetorica arte bonis successis erudiuit, tum ipse varia melioris saporis sermone vernaculo, ligato et soluto, lusit ac conscripsit, quae publicam lucem meruerunt. Neque tamen in his subsistendum ratus, non ita pridem, vt in se supremi in vtroque Iure honores conferrentur, ab Ordine nostro modeste petiit, qui eum in vtroque examine reliquisque specimenibus talem cognouit, qualem optare fas erat. Cum deinde *Reuerendissimus et Serenissimus Princeps ac Dominus, Dominus HENRICVS, Dux Saxoniae, Iuliae, Cluuae, Montium, Angriae et Westphaliae, Episcopatus Martisburgensis Administrator, Landgrauus Thuringiae, Marchio Misniae et vtriusque Lusatae, Comes principali dignitate Hennebergicus, Comes Marcae, Ra-*
uens-

*uensbergi et Barbiae, Dominus in Rauenstein et reliqua, Academiae nostrae Cancellarius Eminentissimus ac perpetuus, Dominus noster Clementissimus, relatione ad se facta liberalissime votis annueret, et PROCANCELLARII munus benignissime mihi demandaret, inaugurationi dies XIX mensis, quem agimus, Iunii dictus est. Praecedet proximo die XVIII praelectio ad l. 14 C. de donat. inter virum et uxorem nobilissimi Candidati. Succedet altero die disputatio de origine ac fonte Iuris circa mulieres diuersi in Acroaterio ICTorum ab hora IX. matutina sine Praefide ventilanda, qua finita Vir Consultrissimus et Excellentissimus Dn. FERDINANDVS AVGVSTVS HOMMELIVS, P. P. O. et Fac. Assessor, Collega honoratissimus et amicissimus, cui Illustri Ordine pro-
lante promotoris vices delegavi, eidem Licentiati et Do-
ctoris titulos et praerogatiuas solemniter impertiet. Huic
proinde, vt Rector Academiae Magnus, Illustrissimi Co-
mites, vtriusque Reipublicae Proceres, itemque generosis-
simi nobilissimique Academiae Ciues interesse, eumque
splendidiorem ornatoremque reddere velint, ea, qua decet,
obseruantia et humanitate rogo contendoque. Dabam
Lipsiae d. XIV Iun. An. MDCCXXXVIII.*

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.



ULB Halle

3

003 935 574



Sb.



PROCANCELLARIVS
GOTTFRIDVS LEONARDVS
BAVDIS, D

CANON. MARTISBURG. AVGVSTISSIMO REGI
POLONIAE ET ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS
PROVOCATIONVM, CONSISTORII ECCLESIASTICI
ET ORDINIS IVRIDICI ASSESSOR ET
CODICIS P. P

ACTVM SOLEMNEM

QVO

VIR CLARISSIMVS

M. HENRICVS THEOPHILVS
SCHELLHAFFERVS

LIPSIENSIS

SVMMS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
ORNABITVR

AD DIEM XIX IVN

H. L. Q. C

CELEBRANDVM
INDICIT

ET

DE DOTE IVRIS GERMANICI
DISSERIT



P. 404

